Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



.xxxiiii.

et nocte et non ad insipientiam mi. Tu autem in sancto habitas laus israel. In te speraverunt patres nostri speraverunt et liberasti eos. Ad te clamaverunt et salui facti sunt in te speraverũt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo opprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me locuti sunt labys et mouerunt caput. Speraut in domino eripiat eum salvum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris mee in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris mee deus meus es tu ne discesseris a me. Quoniam tribulacio proxima est quia non est qui adiuuet.

Circumdederunt me vituli multi thauri pingues obsederunt me. Aperuerunt sup me os suum sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.